

1177

1994  
A  
1386









20.  
COLLEGII PVBLCI,  
DISPVATIO VICESIMA,  
**DE MVTVO,**  
**SENATVSCONSVLTO**  
MACEDONIANO, ET EX-  
ceptione non numeratæ pecuniæ.

QVAM

*SanCta Triade SVperIsqVe plè annVVentlbVs,*

PRÆSIDIBVS

*Clarissimis & Consultissimis Viris, ac DD.*

Dn. PETRO OSTERMANNO, I. V. Doctore, &  
Dn. ARNOLDO MAESS, SS. LL. Licentiato,  
respectiuè Dictatore & Fisco.

*In Florentissimo Inçlytæ apud Vbios Academia, Iuridicæ Facul-  
tatis Collegio, pro laudabili & inueterata consuetudine,  
publici exercitiij causâ pro virili defendendam  
suscipiet. ad diem 19. Iulij.*

GERARDVS Menckel Westphalus.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,  
Excudebat Petrus Metternich, prope Augustinianos.



COLLEGIUM PUBLICUM  
DISPUTATIO VICESIMA

DE MVTVO  
SENATVS CONSULTO  
MACEDONIANO ET EX  
CIPIONE NON NUMERE PECUNIA

QVM

Sanctae Urbis Synchronis die anni V. MDCCLXXV

PRESIDIVS

Classicus & Consiliarius Vniuersitatis

Dr. PETRO OSTERMANNO, J. V. DOCTORE

Dr. ARNOLDO MASSI, SS. III. LICENTIA

respective Dictione Etiam

In Examinibus Publicis per Academiam Lipsiensem

in Collegio, per Landeshochschule et in Universitate

publice exercitae in causa pro vniuersitate Lipsiensi

scripturae ad diem 1. Octobris

GERARDVS WILHELMVS WELSHOFER



20.

COGNOMINE

Exarchatus Meternich prope Augustinianus





## CONTINUATIO.



Abolutis in secunda *Digestorum* parte tam Iudicijs reali-  
bus quàm mixtam causam habentibus, profecuturus  
alterum summæ diuisionis genus, videlicet actiones in  
personam, quæ potissimum ex contractibus oriuntur,  
duas nobiliores illorum species qui re & consensu ce-  
lebrantur, Compiler *Digestorum* in hac tertia parte  
aggreditur, auspicando ab ijs qui re constant *VVes. in π.*  
*ff. hic.* inter quos mutuuum utpotè in humano vsu frequentissimum siue  
titulus *de reb. cred.* primas meritò sibi vendicat *Zaf. hic in rubrica. n. 2.*

## CONCLUSIO PRIMA.

**A** Notione nominis, ex qua sæpè inducimur in cognitionem rei, *Don.*  
*ad Rubric. de condict. trit. n. 2. & 13.* auspicando; mutuuum in germanico  
idiomate non modo mutuuum. sed & commodatum dicitur, magis  
tamen propriè distingui & dici solet *Leihen* de mutuo, & *Lehnen* oder *Leihen*  
*zu einem zimblichen gebrauch* de commodato, *VVehner. Practic. obser. lit. L. in vo-*  
*cab. Leihen.*

2. Illud alijs à mutatione deriuant, eò quòd pecunia mutetur cū pecunia,  
*Cuiac. 11. obs. 37.* alijs à Siculo vocabulo *Μοι τον* quasi *μδ τον.* *VVesenb. π. ff. de*  
*reb. cred. n. 8.* aptius cum Imperat. Iustiniano mutuuum ex eo, quod de meo  
tuuum fiat, denominari dixeris. *l. 2. §. 2. ff. de R. C. princ. inst. quib. mod. re contr.*  
*obl.* quæ notatio *κατ' εφοχην* soli mutuo conuenit, idque exigit proprietas la-  
tini sermonis, mutuò enim vel mutuè pro vicissim, *κατ' ἀλλήλοις*, vsurpatur  
ac quæ sunt reciproca mutua vulgò vocamus. *l. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor.*  
*Christoph. Besold. tract. de mutuo. c. 1. n. 1.*

3. Appellatur mutuuum etiam aliàs mutui datio. *d. l. 2. §. 1. ff. de R. C. &*  
*palsim mutua pecunia. l. 10. in fine ff. de V. S. l. 14. C. si cert. petat. l. 3. §. 3. ff. ad*  
*SC. Maced.* item credita pecunia *l. 10. 15. 20. ff. h. t. res credita tot. tit. ff. & C.*  
*de reb. cred.* item numeratio pecuniæ *l. 7. ff. eod. pecuniæ datio d. l. 3. §. 3. ff. ad*  
*SC. Maced.* Denique creditum *l. 20 ff. de Iud.* vnde *VVehner. cit. loc. in voc.*  
*Glaubiger* ait propriè: vnder dem Wort *Glaubiger* wirdt nicht ein Vert auffer/  
sonder welcher einem Gelt vorstreckt oder aufleihet/verstanden.

4. Credendi autem verbum *εϋ πλαται* & latè sumptum quemlibet contra-  
ctum significat. *l. 11. & 12. ff. de V. S.* aliàs generalissimè accipitur vt credito-

A

res



rectè nuncupentur qui alios sibi ex delicto obligatos habent, *d. l. 12. ff. de V. S. Diff. Alciat in l. 2. §. fin. ff. ad SC. Maced.* speciali tamen & magis propria significatione, creditum pro mutuo usurpatur *VVes. in c. ff. h. n.* Eleganter *Cuiac. in c. C. si cert. pet. Creditum.* Κοινῶς significat omnem obligationem ἰδίως obligationem ex contractu, ἰδίως τῶς obligationem ex mutuo.

5. Nominis inspectionem sequitur definitio rei non dignitate, sed ordine *arg. l. 1. ff. de furt. & l. 1. ff. de pact.* Mutuum ergo definimus, quod sit contractus siue *Συνάλλαγμα*, & quidem propriè *l. ult. C. ad SC. Maced. l. 3. §. 3. ff. eod. Jurisgentium §. 2. Inst. de I. N. G. & C. stricti iuris arg. §. 28 inst. de act. Schneid. inst. quib. mod. re contr. obl. n. 8* quo quantitatem ea lege damus ut eadem nobis reddatur in genere non in specie *l. 2. pr. ff. h. n. ult. l. 1. R. 31. n. 1. VVes. 7 ff. h. n. 9.* plures mutui definitiones vide apud *Mozz. col. 1. de mutuo, n. 6. & seqq.* hic incidenter definitio contractum cum *Vult. l. 1. R. n. 1. & 2.* Quod sit conventio cum causa, hoc est negotio quod cum à iure probatum sit, facit ut obligatio ex contractu, & ex contractu actio fit, *arg. l. 15. in fin. ff. de prescriptis verb.*

6. Dixi in definitione quantitatem, hoc est rem pondere, mensura, numero constantem, *l. 2. §. 1. ff. hic princ. inst. quib. mod. re contr. oblig. Cuiac. 11. obs. 37. Diss. Donell. ad l. 2. ff. h. n.* cur autè in his rebus mutuum consistere dicatur, ratio est, quia earum rerum hæc est similitudo, ut altera alterius vice per solutionem in genere suo fungatur *l. 2. §. ff. h. n.* taliter eiusdem legis *2. §. primum cum Goedd. in l. 4. n. 26. ff. de V. S. & Fach. 2. controuers. 49.* ubi varias dissent. Dd. refert opiniones, interpretamur.

7. Mutuum à Dd. variè diuiditur, quorum alij triplèx naturale tantum, ciuile tantum, naturale & ciuile simul. *gloss. in l. 2. §. fin. ff. h. n. b. Dec.* Alij quadruplex, merè naturæ, merè ciuile, naturale & ciuile statuunt, *Mozz. de mut. col. 2.* quas diuisiones ad materiæ huius declarationem magistraliter adiuuentas refert *ibid. Mozz. n. 7.* Veritate autem penitus inspecta & propriè loquendo, vnum duntaxat, quod re interueniente celebratur, agnoscimus, *l. 1. §. 2. §. fin. ib. Costal. & Alciat. in §. 3.* mutui ciuilis vocem nusquàm in iure reperiri, sed ab Accursio consuetam dicit, atq; hanc distributionem minus logicam, imo inutilem & phantasticam vocat *Molin. de usur. nu. 654.* Dissent *Schneid. princ. inst. quib. mod. re contr. oblig.*

8. Mutuare omnes possunt qui lege non prohibentur *arg. l. 1. ff. de testib.* generaliter omnes qui consensum, *l. 1. §. 3. ff. de pact.* & qui earum rerum quæ mutuo dantur, dominium liberamque administrationem habent. *l. 2. §. pen. ff. hic ibi Pihlpp. Matth. Fac. l. 54. ff. de R. I. l. 20 ff. de acq. rer. dom.* Hinc resultat Quæstio longè intricatissima, an dissensus circa causam dandi & accipiendi impediatur translationem dominij, veluti si ego pecuniam quasi donaturus tibi dederò, tu eam quasi mutuam accipias? affirm per *l. 18 ff. hic.* cui è diametro repugnat. *l. 36. de acq. rer. dom.* harum legum conciliatio tantum Interpretibus facescit negotium, ut *Costal. in d. l. 18.* asserere aufit, leges tam repugnan-



pugnantes & in specie contrarias non nisi ineptè posse dissolui, atque *Paul. de Casir.* contrarium hoc ita difficile esse scribit, vt nullum aliud contrarium in vniuerso iure, nobis tantorum virorum iudicio saluo, hæc præ cæteris conciliatio *Pac. cent. 3. q. 67.* placet, distinguendo inter obligationem constituendam & dissoluendã, quia liberatio est fauorabilior obligatione. *l. 47. ff. de V. O. vt in hoc casu l. 18. in illo, l. 36. obtineat; Si numi taliter dati consumpti sint, repetentem dominum doli mali exceptione repellere licet. Cyn. & Bald. in d. l. 18.*

9. Cum administratoribus Ciuitatum rerũ ad ciuitatem pertinentium administratio permiffa sit. *arg. l. 12. C. de transact.* non inconcinnè quæritur, an illi mutuam pecuniam accipiendo, an cõtra ciuitas obligetur? nos cũ *Dd. in l. 27. ff. hic.* illos solòs teneri statuimus, nisi creditor pecuniam in vtilitatem ciuitatis impensam (ad quod tenetur. *Nouell. 120. c. 6. §. 3.*) probarit, *Molin. de vsur. quest. 37. n. 281.* ceteroquin si ciuitas ipsa mutuum contraxerit, perinde vt priuatus obligatur, *Bartol. in d. l. 2. ib. Donel. n. 3.* Probabit verò versam testib. aut instrumentis, quod ex pecunia ista pignus Ciuitatis liberatum sit, vel quod in emptionem alicuius rei ciuitatis collocata fuerit, vide pulchrè *Donel. & Phil. Matth. citato loco.* Anæ sola pecunia numerata veniat hoc casu, dubitant nonnulli, nos illis subscribimus qui quamuis rem fungibilem hic intelligunt. *Zas. in d. l. 27. Hartman. Pist. lib. 1. quest. 37. n. 27.* Ciuitas quomodo ex delicto teneatur dictum *disp. 70. thes. 27.*

10. Qua actione Administratores Ciuitatum prædicto modo absque speciali mandato mutuantes teneantur, dubitatione non caret, placet non ex mutuo, sed ex conditione ob causam dati causa non secuta, teneri, *arg. l. 6 §. 1. ff. de negot. gest. & l. vltima. ff. de inst. act.*

11. Hæc de administratoribus ciuitatum, quid de præsidibus prouinciarum, hi si temporales sint nec mutuum dare nec accipere à subditis possunt, *l. 33. ff. hic & arg. l. vnic. §. 2. C. de contract. Iud. S. Richard. in l. Eos. 3. C. si cert. pet. Cuiac. 16. obs. 13.* contra est si sint perpetui *l. 34. ff. hic.* aut si propter necessitatem victus aut vestiarij contrahant, *d. l. vnic. Costal. in d. l. 33. Philippus Matth. in l. 34 ff. hic.* plures limitationes vide apud *Mozz. de person. quæ mut. n. 18.*

12. Prohibentur Præterea mutuare, furiosus cum consentire nequeat, *l. 40 ff. de R. I. l. 10. ff. de curat. fur.* Pupillus sine tutoris auctoritate, *§ 1. inst. quib. mod. re contr. obl. Fur. l. 13. ff. h. t.* Itẽ nec ludens colludenti mutuum dare potest in ludo prohibito, *arg. l. 2. ff. quar. rer. act. non det. & arg. l. fin. C. de aleat. Moz. col. fin. hic n. 10* quæ omnia de iuris rigore vera sunt, attamen si numi, quos hæc vel similes personæ mutuo dederint, bona fide consumpti fuerint, consumptio operatur translationem dominij, mutuumque vtilitatis causa reconciliatur. *l. 12 l. 19. §. 1. ff. hic ib. Philipp. Matth. & conditione ex mutuo repetuntur. arg. l. 12. ff. hic. Treut. hic thes. 6.*

13. Pupillus *l. 13. §. fin. ff. de cond. ind. l. 3. § 4. ff. de negot. gest. l. 3. ff. commod.* Furiosus, prodigus, qui inuicem comparantur. *l. 1. ff. de curat. fur. l. 6. ff. de V.*



O. Vult. 1. discept. schol. 16. qualiter furor probetur est glossa. in l. 21. §. 7. ff. sol. matr. Et in l. 1. §. 10. ff. de edil. edict. furiosus dicitur qui per vicos more insanorum debacchatur, & deridenda agit, imo in hoc casu creditur medicis tanquam peritis in arte, iuxta l. 12. ff. de stat. hō. Schneid. Inst. quib. non est perm. fac. testa. n. 15. Quisnam prodigus dicatur an ille cui sola lege, an cui à Magistratu bonis interdictum, inter ICtos nō conuenit Nos posteriorē, utpote rationibus iuris magis consonam amplectimur sententiam, d. l. 10. ff. de curat. fur. l. 55. §. vlt. ff. de administrat. tut. Diff. Cuman. & Imola. in l. Is cui bonis. 6. ff. de verb. oblig.

14. Minores autem puberes siue non habeant Curatorem siue habeant, sine eius autoritate ex mutatione obligantur. l. 10. ff. de V. O. Cuiac. 19. obs. 33. Diff. Goedd. ad l. 21. ff. de V. S.

15. De eo magnus est Dd conflictus, an minor qui se læsum, vel rem in suam vtilitatē non versam esse ait, probare illud teneatur, an verò Creditori vel alij qui cum illo contraxit, incumbat onus probandi pecuniam in commodum minoris esse collocatam, nodus distinctione facta inter contractum nullum & iure validum, solui posse videtur, hic læsionis probationem minori, illic creditori vel alijs incumbere: probata ergo læsione, creditor probabit minorem locupletiozem factum, hoc si fecerit minor non restituetur l. 5. C. de in integr. rest. minor. 25. ann. l. 1. C. si aduers. vendit. pig. vide Fred. Mind. de process. lib. 2. c. 62. n. 6.

16. Filiusfamil. si pecuniam mutuatam acceperit obligatur quidem naturaliter & ciuilitur argl. l. 10. §. 1. ff. d. Sc. Maced. gloss. in l. 1. in verb. pesi. o. ff. d. tit. (hic autem nomen pecuniae non significat quamuis rem fungibilem, nisi fraus fieret Senatusconsulto) dando rem aliquam vendendam, ut numis ex re vendita impetratis vteretur. l. 1. §. 3. ff. d. t. sed perpetua exceptione SCti Maced. se tuetur. l. 10. in princip. ff. de cond. et indeb. l. pen. l. C. ad S. Ma. ed.

17. Hoc Senatusconsultum in odium Foeneratorum introductum est tempore Vespasiani ut opinatur Hotom. aut tempore Claudij, ipso quidem Claudio IV. Vitellio autem III. Cos. Anno ab vrbe condita 79. ut existimat P. Faber, qui annus fuit post Christum natum 48. Causam illi præbuit Macedo improbus foenerator, cui mos erat filijsfamil. credere tacito foenere sub tunica, ut dicitur, & si u, & sæpè ansam peccandi malis moribus præstabat, dū sæpè onerati ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam consumebant, vitæ parentum insidiabantur. l. 1. ff. ad Sc. Maced. vide Lexicon. Prateij lit. S. in verb. Sc. Maced.

18. Huic igitur SCto filiusfam. renunciare non poterit Costal. ad l. 11. ff. ad Sc. Maced. Mozz. tit. de person. qua mut. n. 25. Fach. 2. controuers. 62. quod amplius est, ne medio iuramento arg. l. vlt. C. de non num. pecun. Bart. in l. si quis pro eo. n. 10. ff. de fideiuss. Diff. Panormit. in c. cum contingat de iureiur. n. 22. in foro tamen animæ illum teneri cum Couuar. in c. quamuis. de pactis lib. 2. in 2. parte §. 3. n. 4. statuendum putamus.



19. Non gaudet præfato beneficio filiusfam. si Paterfam. factus debitum agnouerit totum l. 2. C. ad S. C. Maced. vel eius partem l. 7. §. vl. ff. eod. quia approbatio actus nisi in solidum esse potest l. 17. ff. de Procurat. Costal. ad d. l. 7. Si verò paterfam. factus rem duntaxat pignori dedisset, Senatusconsulti exceptio ei deneganda solum ad pignoris quantitatem, l. 9. ff. d. t.

20. Porrò non iuuatur filiusfam. Senatusconsulto contra Creditorem, si se pro Patrefam. gerat & apud omnes pro tali habeatur. l. 3. ff. ad S. C. Maced. ad quod probandum ex fama vel alijs indicijs Creditor obstringitur, Costal. in d. l. 3. aut si Pater approbauerit filij mutuacionem l. 16. ff. d. t. vel si sciente Patre l. 12. ff. l. 2. & 4. C. eod. multoque magis si ipso iubente creditum sit filio l. 5. C. d. t. Denique si pecunia in commodum Patris l. 7. §. 12. vel studiorum causa d. l. 7. §. 3. vt alimenta & libros in scholis habere possit, credita fuerit. Costal. in d. l. 3. plures limitat. vide apud Mindan. lib. 2. c. 62. n. 3.

21. Hic vnam alteramue Quæstionem incidentè enucleare libet: I. Vtrum Filius æs alienum Patris soluere teneatur? Neg. si hæreditate eius abstineat per text. l. 2. vbi Bart. & l. 4. C. ne fil. pro patre. II. An à Patris defuncti Creditoribus conuentus, si soluere nolit, probare teneatur se ab hæreditate abstinuisse, an contra Creditores immixtionem seu aditionem? illud Neg. hoc affirm. Dan. Moll. 4. semestr. 39. n. 3. & seqq. Hinc igitur rectè infertur, quòd filius ex fructibus feudalibus demortui sui Patris debitum soluere non teneatur, nisi feudum sit hereditarium, Gail. 2. obseruat. 154. n. 10. VVesemb. conf. 50. n. 10. aut nisi statuto, quod valere tradit. Gail. 1. obs. 36. n. 3. astringatur.

22. Disquisis Personis quibus mutuare iura vetant, sequitur, dispiciamus de rebus in quibus mutuum consistat, in illis scilicet, quæ pondere, numero, mensuraue constant, vt pro regula traditur in l. 2. §. 1. ff. de R. C. vbi pulchrè Donell. n. 1. explanat constare nihil aliud esse, quàm æst. mæri, vt intelligatur mutuum consistere in ijs rebus, quæ pondere numero vel mensura æstimantur, hinc in hominibus mutuum non consistit, quia pondere, mensuraue non æstimantur, sed est in vnoquoque natura qua ipse æstimatur præstatque ab alijs, aut contra ab alijs vincitur.

23. Proindeque nec in brutis animantibus, quibus equis aut bobus. & similibus quæ gregatim pascuntur consistit, licet enim animal sit simile alijs animantibus in suo genere, attamen individua specie, probitate & vsu differunt, VVesemb. in n. ff. hic n. 11. Philipp. Matth. in l. 2. §. 1. ff. lic. Diss. Curac. 11. obser. 37. nisi tamen eo pacto & conditione darentur, vt vendantur & numis ex venditione redactis vtamur, quod etiam in cæteris rebus inanimatis obtinere, neque contra substantiam mutui esse asserimus, l. 11. ff. h. l. 7. §. 2. ff. ad S. C. Maced. Pac. cent. 3. q. 64. Coras. 6. miscell. 16.

24. Quid de rebus inanimatis nempe libris, qui eadem impressione, & eadem manu scripti in eadem charta reperiuntur, item de panibus, qui etiam ad pondus dari possunt, sentiendum? in illis nequaquam Moz. de reb. que mut. n. 4. in his indistinctè mutuum subsistere posse censemus. Zas. in d. l. 2. §. 1. n. 38. Trent. hic th. 1. lit. F. Diss. Bart. in d. l. 3. A 3 25. Cau-



25. *Causa efficiens huius contractus est ipsa res, licet enim in mutuo consensus & verba interueniant, vt, quamuis tu & ego centies conueniamus de mutuanda pecunia, nunquam tamen tibi obligabor ex mutuo nisi pecuniam actualiter numeres. l. 2. §. 1. ff. de R. C. Porc. inst. quib. mod. re contr. oblig. n. 1. VVesenb. in π. ff. hic n. 5.*

26. Hinc consequens est, vt si tibi decem dem, ea lege, vt mihi vndecim debeas, non nascitur obligatio vltra decem, *l. 17. ff. de pact. l. 1. §. 1. ff. hic. vnde quidam ex vetustioribus iuris Interpretibus dicere non dubitarunt, citius stellas de cœlo casuras, quàm vt mutuum in plus contrahatur Ias. & Zas ad d. l. 11. vtum hoc casu quod supra decem promissum iure donationis exigi possit, quæriur? Neg. quod enim ad decem amplius adiicitur, non gratis sed ob causam adiicitur, donatio verò ob causam donatio non est. l. 19 §. 1. l. 27. ff. de donat. Donel. in d. l. 11. n. 2. ff. de R. C. Vtrum autem tanquam vsura debeatur maior est dubitatio? similiter neg. quia hæ non nisi per stipulationem in mutuo appositæ debentur, l. 2. C. de vsur. Donell. cit. loc. Aliud est si quis decem mutuo det ea lege vt nouem debeantur, is nempe nouem duntaxat nec amplius petere potest, quia accipiens nouem solummodo debet ex conuentione, qua id actum est ne decem debeantur, dict. l. 11. §. 1. Besold. dict. tract. de mutuo. cap. 6. n. 3.*

27. Licet igitur ad contrahendum mutuum rei traditio interueniat necessum sit, si quis tamen spe futuræ numerationis, det alicui Chirographum in quo confitetur se certam quantitatem ab eo mutuam accepisse, quam tamen non accepit, ipso iure quidem obligabitur, *princ. instit. de lit. oblig. ibid. Schneid. n. 2. exceptione non numeratæ pecuniæ contra Creditorem debitum reposcentem. l. 7. C. de non num. pec. non solum intra biennium, sed etiam elapso biennio, diuerso tamen respectu, hoc est non allegando illam vt priuilegium, sed vt ipsi incumbat onus probandi, se tueri potest l. 10. C. de non num. pec. Scharf. in rubric. n. 6. & l. 14. n. 6. C. eod. Schneid. instit. de lit. oblig. n. 11. Porc. ib. & eod. n. 11. Diff. Fach. 2. contr. 81. Diff. Suarez. recept. sentent. in verb. except. n. 171. idque multò magis de iure Canon. obtinet. Dyn. in c. locupletari. de R. 1. in 6. Treutl. hic. th. 2. lit. C.*

28. In tantum hæc exceptio fauorabilis est, vt si hodie Titius chirographo profiteatur se mutuo ante annum accepisse certam numerum quantitatem, nihilominus intra biennium illi à die chirographi competat, *Dec. in l. 2. §. appellata. ff. de R. C. Cyn. in l. 14. C. de non num. pec. adeò, vt non tantum contra priuatam Scripturam, sed etiam publicum instrumentum opponi possit Porc. inst. de lit. oblig. n. 3. & Schneid. n. 13. neq; statuto certas duntaxat exceptiones admittente, hæc exclusa videatur. Ias. in l. qui pecuniã. n. 7. ff. de R. C. Illud non diffitemur extra hunc contractum, & causam dotis huic exceptioni locum non esse Althus. Iurispr. R. 16. Et debitori non autem Creditori competere, qui confitetur sibi debitum ex causa mutui solutum esse, sed intra 30 dies non acceptæ, vel solutæ pecuniæ exceptionem opponere debet*



debet l. 14. §. 2. C. de non num. pec. vide pulchrè Porc. inst. de lit. oblig. n. 15. & Sichard. in dict. l. 14. §. Sed quoniam. Cod. d. et. tit. num. 1 & 2. vbi tres excipit casus.

29. Planè hac exceptione utitur Debitor licet sine scripto testibus præsentibus se pecuniam accepisse confessus fuerit. Gabr. comm. conclus. tit. de confess. concl. 5. vtrum vero in foro Mercatorum, vbi apices iuris non attenduntur, sed de plano sine strepitu & figura iudicij proceditur, Gail. obs. 27. n. 5. & 6. locum habeat? Affirm. Strach de mercatur. tit. quom. in caus. mercat. proced. n. 9.

30. An sæpè dictæ exceptioni renuntiari possit varia sunt Dd. placita; negant. casira. cum Porc. d. t. n. 17. & Sichard. in l. 2. n. 10. C. de non num. pecun. sequimur; Anne medio iuramento? Distin. cum Porc. d. loc. aut confitetur se debere, & iurat, & tunc iuramentum nihil operatur, quia sicut confessio tacitam habet conditionem, si pecunia numerata fuerit ita & iuramentum, l. fin. C. de non num. pecun. aut confitetur & renuntiat, iuratque renunciatio- ni non contrauenire, tunc de iure civili iuramentum non valet, per l. 5. C. de legib. iure Canon tenet, c. cum contingat. de iureiur.

31. Prædicta omnia in ipso debitore procedant, sed si Procurator eius ad mutuam pecuniam accipiendam constitutus chirographo confiteatur sibi pecuniam numeratam, anne Dominus ex hac Procuratoris sui confessione tenebitur? affirm. Zas ad l. 2. §. final. ff. de R. C. & l. b. sing. resp. c. 21. Pro coronide annectimus exceptionem non numeratæ pecuniæ perpetuè civitati com- petere Fach. 2. cap. 87. & non solum in pecunia numerata, sed etiam in quavis alia re fungibili, & mutabili locum habere. Sichard. in rubric. C. de non nu- merat. pecun. n. 2. Schneid. inst. de lit. obligat. n. 16. Denique si quis debitorem suum iusserit alteri pecuniam dare (aut si conuenerit vt Procurator pecuni- am ex causa mandati Domino debitam crediti nomine retineat) per fictio- nem breuis manus perinde ipsi obligatur ac si ab ipso pecuniam accepisset l. 15. ff. de R. C. ib. Philipp. Matth. Diss. Pac. cent. 5. Quæst. 66.

32. Prælibata causa huius contractus, restat eiusdem effectus, qui est ac- tio certi condictio generalis nuncupata. l. 9. ff. h. t. Don. n. 4. non solum ex ex mutuo sed ex omni obligatione omnique causa, qua certum petitur, com- petens l. 24. ff. hic. princ. inst. de V. O. quam meritò magnam controuersiam & subtilem subtilitatem vocat Porc. inst. quib. mod. re. contr. obl. n. 5. nos cum Olendorp. clas. 4. act. 17. supernacanea disputatione Commentatores se tor- quere putamus, vtrum alia sit condictio generalis, alia specialis, quæ ex mutuo competat, Phil. Matth. in rubric. ff. de R. C. Diss. B. rt. in d. l. 9. Schneid. in §. sequens. inst. de act. n. 7 sed quia hodie actionis nomen in libello non ex- primitur expressè, sed factum ipsum narratur, adeoque actio in id quod fa- ctum est, concipitur, hanc Quæstionem non adeò necessariam, sed de lana esse caprina vult Alciat. in rubric. ff. de reb. cred. n. 14.

33. Appellatur & hæc condictio actio mutui l. 5. C. quib. non obijc. long. temp.





temp. prescr. nec non actio Kalendarij, tunc cum credita est pecunia sub vsuris l. 39 §. 14. ff. de administ. tut. iuxta illud Horat. Epo. II. Omnem redegit Idibus pecuniam, quarit Kalendis ponere: Item actio si certum petatur, l. 1. in pr. ff. de condict. trit. sed dabiturne hæc actio ex contractu innominato? Neg. Donel. cit. loco, num. 12.

34. Conditione ex mutuo non tantum fors petitur, sed & vsuræ, Olend. class. 4. act. 17. quamuis enim mutuum gratuitū esse debeat, iuxta illud Evangelista: Mutuum dantes nihil inde sperantes, attamē vt vsurarū & pensionis nomine aliquid præstetur, stipulatione vel pacto in cōtinenti adiecto effici potest, l. 40 ff. de R. C. ac siquidem vltra legitimum modum adiectæ vsuræ fuerint, non per hoc contractus vitiatur, l. 8. C. si cert. per. c. vtile. de Reg. Iur. in 6.

35. Præterea hac actione conuentus debitor ad totum creditum in eodē genere, eademq; bonitate & qualitate creditori restituendū obligatur, quia nisi nominatim hac lege pecunia mutuata sit, vt particulatim solui possit, non compellitur creditor inuitus particularem solutionem admittere, l. 41. §. 1. ff. de vsur. Cost. & Donel. ad l. 21. ff. de R. C. Gædd. ad l. 32. ff. de V. S. num. 9. dixi in eodem genere, non specie, l. 2. in pr. ff. de R. C.

36. An ergo erit mutuum si eosdem numos quos tibi mutuo dedi, cū postea forsan ijs no indigeres mihi reddas? Affir. Donel. in d. l. 2. n. 5. Schneid. instit. quib. mod. re contr. n. 10. quod rectē limitat glossa in d. l. 2. quando res fuit tradita eo animo vt accipientis fieret, alias appellaretur commodatum vel depositum, vnde si tibi traderem mille aureos vt teneres sub bancho, vt diues appareres, non dicitur mutuum sed commodatum, quia mei tradentis intentio non fuit, transferre dominium, casus est in l. 3. §. fin. ff. commod. quinimō inuito Creditori, modo ipsius non interfit, nec tu illis opus habeas à te reddi poterunt Dd. in d. l. 2. ab initio autē mutuum ita contrahi non potest Moll. 3. semestr. 1. vbi refutat argumenta Butigella, quæ ipse Achillea vocat illud non inficior inuito creditori rectē ante diem solui posse, arg. l. penult. C. de pact. dies enim in gratiam debitoris appositus est, l. 41 §. 1. ff. de V. O. l. 17 ff. de R. I. accedunt textus expressi. in l. 38 §. 16. l. 137. §. 2. ff. de V. O. l. 70. ff. de solut. Diss. Borch. in tract. de V. O. cap. 6. n. 35. Cuiac 23. obs. 23.

37. Dixi secundo in eadem bonitate & qualitate, licet de hoc nihil nominatim expressum fuerit, l. 3. ff. de R. C. hinc nec vinum nouum pro veteri, d. l. 3. ib. Philipp. Matth. nec vetus pro nouo, licet melius, si ex ea re Creditor aliquod futuri temporis damnum passurus sit, reddi potest, Alciat. in d. l. 3. Diss. Moz. tit. de natur. mut. n. 5. vetus vinum est quod præcedenti anno creuit aut collectum est, l. 11. ff. de trit. leg. neque pro frumento pecuniam Zas. in l. 2. §. 1. n. 10. ff. de R. C. pro frumento autem farinam reddere licet, Facit quod prohibitus exportare frumentum ex ciuitate tempore annonæ caritatis vel obsidionis imminentis, intelligatur etiam prohibitus exportare farinam Ripa tract. de peste remed. de conser. vbert. n. 47.

38. Hic ergo non intempestiuè subtexitur de pecunia credita, in qua moneta



neta restituenda sit, monetarum disceptationem arduam & antiquissimam  
 esse testatur *Molin. de usur. n. 686. in fin.* vtrum in eadem materia & forma  
 reddenda sit, a ureis v.g. creditis numis, an argenteos, sicque huius vel illius  
 generis numis mutuò datis, an alterius generis soluere possis? Affirm. *l. 99.*  
*ff. de solut. l. 6. §. 1. ff. de V. O. Donell in l. 3. ff. de reb. credit. Facin. 2. controvers.*  
 50. vide hanc Quaestionem latissimè tractantem *Ioann. V. Wolfgang. Hiller* in  
 responso iuris hic Coloniae recens edito, Accedit quod pecunia non tam ex  
 imagine sculpta aut materia, quàm ex hominum instituto & publica lege  
 aestimetur, exinde vulgò fertur in pecunia non corpus sed potestatem spe-  
 ctari, quin & numos non inter res corporales numerari *l. 95. ff. de legat. 3.*  
 Huc referunt exemplum *Friderici II. Imperatoris*, qui anno Christi 1240.  
 propter ærarium diuturnitate belli Italici exhaustum coriaciam monetam  
 cudi iussit, eique valorem imposuit aurei Augustalis, simulque per Præco-  
 nē edici curauit, finito bello qui hanc monetā ad imperial. Camerā referret  
 aureum Augustalem recepturum, quod cum ab ipso bona fide præstitum fu-  
 isset, documentum (*vt inquit Panedolphus Coll. nut. in histor. Neapolitan.*)  
 apertissimum præbuit, valorem & pretium monetæ non materia sed ho-  
 minum instituto aestimari. Limita hanc conclusionē nisi Creditor ex tali so-  
 lutione damnum aliquod passurus esset *arg. l. 99. ff. de solut. Couarr. c. 7. §. v-*  
*nic. de collat. vet. numism. Suarez. recept. sentent. in verbo, monetam, n. 205. aut*  
*nisi quid à contrahentibus pactione fuerit determinatum l. 1. ff. de constit. pec*  
*l. 1. ff. de pact.*

39. Sed quid firmitatio monetæ contigerit (qua nihil frequentius acci-  
 dere solere ait *Arum. disc. de iure pub. vol. 5. c. 8.* & indicium certum esse certæ  
 & perniciosæ, & ad totalem ruinam accelerantis confusionis, quæ in nostrâ  
 Repub. gliscit ait: *Besold tract. de mutuo c. 9. n. 8.*) quomodo faciendâ solutio?  
 Nos indistinctè siue pecunia fuerit mutata in bonitate intrinseca, *waan die*  
*Münz in gehalt vnd gewicht oder schrott vnd form/ wie sie dar gezelet oder vers-*  
*schriben worden/ nit gelassen ist/ siue extrinsecâ: hoc est an werdierung geig vñ gab*  
*valuation oder aestimation. V. Vebner. præct. obs. lit. G. solutionem esse faciendâ*  
*in illa bonitate, quam habuit tempore contractus, afferimus *Molin. de usur.**  
*n. 93. & 107. Philipp. Matth. in l. 3. ff. de R. C. Diff. Costal. in l. 42. ff. de iure dot.*  
 quomodo alij distinguant vide *Frider. Mindan. de process. lib. 7. c. 63. num. 11.*  
 secus est si in mora soluendi debitor fuerit, quæ illi noxia esse debet, *c. mora*  
*de R. I. in 6.*

40. Si certi generis numi v. g. centum Iozchimici vt Ioachimici Thaler  
 in specie stück vor stück/ non verò certa summa in Ioachimicis, exempli causa  
*hundert Gulden an Thaleren/* fuerint dati, tunc enim in eodem genere monetæ  
 illos reddendos esse, dubitationis haud multum habet, quippe cum non æ-  
 stimatio, sed magis corpora certa ad numerum credita censeantur, *Couarr.*  
*de vet. numism. collat. cap. 7. §. 1.* quod etiam conuenit constitutioni *D. Frider-*  
*ici Imper. de An. 1559. §. die iezo gemelte Reichs münzen/ vbi habetur, was anff*  
Golt



Golt gethedigt oder verschriben ist/desgleichen was hinfüro also gehandelt paciscire  
oder angedingt wirt/das soll mit Golt vnd mit keiner anderer Müntz bezalt werden/  
ac quod tale pactum seruandum sit arguit *l. 1. §. 6. ff. de pos. l. 52. ff. de V. O. l. 43. ff.  
de pact. l. 109. ff. de leg. 1.*

41. Quod si species credita quæ extitit cum mutuum contraheretur: tē-  
pore solutionis amplius non reperiatur, aut à debitore præstari non possit  
ad æstimationem duntaxat obligatus est, & pecunia alterius generis, quam  
quæ expressa, & vt nunc loquimur in specie promissa est, solui potest, *arg.  
l. 71. §. 3. ff. de leg. 1. Nouel. 4. c. 3. Donel. ad l. 22. n. 4. ff. de R. C. Nec obstat præiu-  
diciū à Colero parte 1. c. 10. de process. exc. n. 45. allegatum, vbi refert suo  
tempore propter pactum huiusmodi de certa moneta soluenda factum,  
Principem quendam fuisse coactum precibus impetrare à Ferdinando Im-  
peratore vt grossi Bohemici, qui ab vsu recesserant, de nouo cuderentur.*

42. Si verò aliæ res aut eiusdem generis numi in specie tanquam tales  
numi dati fuerint, ad eius æstimationem, quia res dari debuit, vbi in diem  
obligatio concepta fuit, attenditur. *l. 22. ff. de R. C. l. 69 ff. de V. O. l. 11. ff. de re  
iudic. l. vlt. ff. de cond. trit.* vbi autem dies solutionis addita non fuit, sicut in  
bonæ fidei iudicijs rei iudicatæ, ita hic in stricti iuris iudicio, litis contestatæ  
tempus spectandum, *d. l. 22. ff. de R. I. Gædd. parte 2. disp. ad Pand. 1. thes. 24.*  
atque hoc regulariter, patitur enim hæc assertio suas exceptiones, quas vi-  
de apud Treutl. *th. 14. lit. B.*

43. Re per casum fortuitū sublata, mutuarius ab eius restitutione non  
liberatur, *l. 11. C. si cert. pet. §. 1. vers. Et is quidem inst. quib. mod. re contr.* sicut  
nec debitor Pupilli sine Tutore mutuum dantis, à restitutione rei, quæ per  
casum fortuitum interiit, immunis erit, *arg. l. 3. §. 5. ff. de carbon. edict.* Corol-  
larij vicem subeat, quòd quis casus fortuitos non solum speciatim *l. 1. C. de  
commod. Costal. in l. 5. §. Nunc videndum. ff. commod.* verum etiam generatim  
pacto in se suscipere. *l. 7. §. 15. ff. de pact.* & ad omne periculum sese obstrin-  
gens, ad casuum fortuitorum præstationem se obstrinxisse dicatur *Gædd. ad  
l. 71. §. 1. n. 3. ff. de V. S. Soarez. recept. sentent. verb. casuum. n. 27.*

F I N I S.




X 2874408

94 A 7386


VD 17












B.I.G.

Farbkarte #13

Centimetres

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



VBLICI,  
 VICESIMA,  
**TVO,**  
**NSVLTO**  
 O, ET EX-  
 ratæ pecuniæ.

*e plè ann V Vent Ib Vs,*  
 B V S  
*nis Viris, ac DD.*  
 NO, I. V. Doctore, &  
 , SS. LL. Licentiato,  
 re & Fisco.  
*Academia, Iuridica Facul-*  
*tuete, a consuetudine,*  
*virili defendendam*  
 19. Iulij.  
 el Westphalus.

RIPPINÆ,  
 , prope Augustinianos.

